

O. Statutum, ut competat solis liberis ex priorē matrimonio, inter eos ex æquo dividendus. f. eod. n. 503.

Binuba non potest prætextu ingratiitudinis revocare donationes filijs prioris matrimonij factas, nisi aperit filius aut circa vitam ipsam infidians matri, aut manus inferens impias, aut circa substantiæ totius ablationem agens adversus eam aliquid declaretur. f. 397. n. 503.

Quæ hæcenus dicta sunt, & Jure Codicis constituta, inducunt obligationem in conscientia antè omnem Judicis sententiam. f. 397. n. 504.

O.
Obligatio.

Tomo 1.

Duplicis generis obligationes inter homines sunt. Aliquæ omnino independentes à voluntate illius erga quem exercentur. aliæ dependent ab illius voluntate cui obligamur. f. 72. num. 24. & seqq. ubi exemplis declaratur. Et harum aliquæ tendunt in bonum obligati, aliæ in commodum obligantis. 27.

Potestas seu Titulus harum obligationum alius est Originalis seu Primævus, & alius non Primævus, sed eum supponens. f. 73. n. 28. & seqq. ubi tituli declarantur.

Obligations restituendi, vide, *Restitutio.* & *Damnum injuriæ datum.*

Occupatio.

Est Modus acquirendi Jure Gentium; de quo vide, *Inventio.*

Officium.

Tomo 1.

Officio aliquo fungentes, ut Medicus, Advocatus, Confessarius, Judex, & hujusmodi, nisi speciali pacto se ad extraordinariam diligentiam obligaverint, non tenentur nisi ad illam diligentiam, quam alij ejusmodi officio fungentes communiter adhibere solent, & dicuntur esse diligentes in officio. f. 113. nu. 243. Nisi interveniat culpa theologica, non tenentur, ne quidem ex lata culpa civili, restituere pro damno ante condemnationem; nisi pactum intercessisset de præstanda culpa civili, vel, nisi postmodum sine tuo notabili incommodo posset impedire, ne damnum illatum ulterius serpat, aut continetur. 245.

Oneris ferendi Servitus.

Tomo 1.

Est Jus quo columna vel paries ænera vicini ædificij sustinere tenetur, cum obligatione procurandi perpetuitatem illius parietis, in quo differt à servitute tigni ferendi. f. 247. n. 163.

Dum paries reparatur, fulturæ sumptus & cura ad dominum prædij dominantis spectant. f. 248. n. 164.

P.

Pacis Publicæ Violatio.

Tomo 6.

Pacis publicæ fractæ pœna est Proscriptio seu

P.

Bannum Imperiale, ut tam in bonis, quam in corpore impunè offendi possint rei. Et deprehensi vitæ & bonis privantur. f. f. 170. n. 482. & puniuntur de vi publica. eod.

Ut Pax fracta dicatur, tria requiruntur. 1. Ut interveniat vis armata. 2. Ut sit vis difficulter superabilis, & à pluribus coadunatis intentata. 3. Ut fiat præcedente tractatu, & animo nocendi. n. 483. Non requiritur, ut actu damnum sit illatum. n. 484.

Qui privatas ædes impugnant & spoliare nituntur, fractæ pacis rei sunt, ex Const. Caroli V. item qui adunati carceres effringunt, & incarceratos liberant. n. 485.

Ecclesiastici fractæ pacis rei, solummodo Regalibus & Privilegijs Imperij in ipso Consistorio, Judice pro tribunali sedente privantur. Sæculares publicè sub dio ordinariam Banni pœnam sustinent. f. 171. n. 487.

Pactum.

Tomo 3.

Pactum sumptum generaliter, prout abstrahit à Pacto Nudo & Legitimo seu Vestito, definitur: Duorum vel plurium in idem placitum consensus. Debet autem consensus ex intentione pacificentium esse obligativus ex Justitia commutativa. f. 1. n. 1. Antequam acceptetur, dicitur: *Pollicitatio.* f. 2. n. 2.

Pactum dissolutivum obligationis, propriè non est mera cessio juris, sed inductivum alterius obligationis, nempe ad non petendum id, quod prius jure peti poterat. f. 2. n. 4.

Pactum aliud dicitur *Nudum*, aliud *Vestitum* seu legitimum. f. 4. num. 16. Nudum est, quod non parit per se solum actionem civilem, prout hæc opponitur Prætoriz. Vestitum, quod ratione administrativi superadditi parit actionem civilem. fol. eod. n. 17.

Pactum vestitur quinque modis. 1. Si accedat contractui, aut alteri pacto. 2. Quando contractus innominatus ex una parte impletur. 3. Adjecto juramento. 4. Adjecta stipulatione. 5. Quando juris privilegio actio conceditur, & tunc elevatur ad rationem contractus. f. 4. n. 18. & seqq.

Pacta nuda non ita infirmantur à legibus, ut non pariant obligationem in conscientia. f. 5. n. 27. Quamdiu pactum manet nudum, non datur ex eo Actio civilis. f. 6. n. 31. Negatur autem actio ob quietem publicam. Neq; hoc est fovere peccata, sed ob majus bonum non punire peccata. Datur tamen exceptio. n. 35.

Neq; datur universim Actio Prætoriz. f. 7. n. 38. Idem dicendū est de Jure Canonico. f. eod. n. 42. Aliud dicendum de consuetudine. n. 44.

Regulariter nemo potest alteri pacisci absq; mandato, & paciscendo acquirere actionem civilem. f. 41. n. 241. Ne quidem si sit persona sanguine aut alio vinculo conjuncta. eod. Excipiuntur tamen aliqui. v.g. Pater potest filio hæredi paciscendo vel stipulando acquirere. f. 42. n. 242.

Pactum

Pactum Advocati cum Cliente de quota litis, jure non valet, si quidem præsumi possit, clientem iniurè gravati. f. eod. nu. 244. Valet tamen hujusmodi pactum lite finita, etsi ante Sententiam definitivam, si æquitas ratio habeatur. f. 43. n. 246.

Idem cum proportione de Medico pacifcente cum ægro dicendum. f. eod. n. 247.

Palinodia.

Tomo 1.

Præter Actionem Injuriarum, datur Actio ad Palinodiam seu recantationem, cum illa cumulabilis. Est civilis, & non nisi per legum constitutionem infamans, non ex intentione actoris, adeoque non tendens ad vindictam. f. 180. n. 575.

Palinodiâ potest Jure Bavarico Judex imponere absque infamatione, & in causa dubia tollere Actionem injuriarum. Princeps hoc potest etiam partibus non consentientibus. f. eod. n. 579.

Actio ad Palinodiam est perpetua, quia consuetudine introducta. An contra eam omiffam detur restitutio in integrum, est dubium. f. 81. n. 583.

Parricidium.

Tomo 6.

Parricidium est cædes nefaria contra pietatem & jus sanguinis in ascendentes, descendentes, transversales & affines, vel conjugem, perpetrata. f. 172. n. 489.

Pœna Parricidij est Culeus. An autem hodieque sit in usu, pendet ex locorum consuetudine. n. 490. & seqq.

Qui Vitricum vel Novercam occidit, mitius punitur illo, qui verum parentem occidit. f. 173. nu. 493.

Infantis quamvis illegitimi occisio, ordinariâ pœnâ puniendâ est. n. 494.

Mater abiciens infantem in locum desertum, ut ibi pereat, ad minimum gladio puniendâ; imò probabiliter pœnâ ordinariâ parricidij. nu. 496. Si exposuit in loco, ubi putabat ab alijs alendum, sed mors secuta est, videtur sufficere fustigatio. Si mors non est secuta, relegatio. eod.

Conjugicidium videtur sufficienter puniri pœnâ gladij, cum aliqua exasperatione. f. 174. num. 497. Idem dicendum videtur de occidentibus consanguineos, vel affines laterales. n. 499.

Quando parricidium non quidem intenditur dolo malo, sed tamen ex actu dolofo immediate sequitur, gladio puniendum, nisi constaret, reo involuntarium fuisse necem. num. 501. ubi exemplum.

Si parricidium sequatur ex actu cum aliqua culpabili negligentia vel imperitia commisso, levius punitur, arbitrio Judicis. f. 175. n. 503.

In crimine Parricidij, ad pœnam ordinariam infligendam, debet constare de corpore delicti. nu. 504. ubi vide quæ indicia sufficiant.

Christ. Haun. Repert.

Cooperantes etiam puniuntur pœnâ ordinariâ, si non manifestent, consilij, non cooperantes, extra ordinem. n. 505.

Quando Reus per attentatum actum eò progressus est, ut jam ingens damnum in alterius valetudine, vel mortis accelerationem causerit, vel conatum aliquoties iteraverit, potest Judex dicere pœnam gladij. f. 176. n. 507.

Quodsi ad actum proximum nullum notabile damnum securum est, non est pœna mortis decernenda, sed mitior, v.g. fustigatio cum relegatione. n. 508. Actus remotus sufficienter punitur relegatione, carcere, aut multâ pecuniariâ. nu. 509.

Si occisus occidenti causam gravis iræ dedit, potest mitigari pœna ad pœnam gladij nu. 510.

Intuitu penitentia, quamvis non amplius impeditivæ mortis ex actu posito secuta, potest pœna mitigari eodem modo. f. 177. n. 512.

Mitigatur etiam pœna ordinariâ ob defectum ætatis, decimum sextum annum non excedentis. n. 513. Item si mandatum parentum intervenisset. n. 514. Metus tamen parentum non ita facile excusabit. n. 515.

Partus Expositio.

Tomo 6.

Qui partum alienæ misericordiæ exponit, nullâ cogente egestate, amittit jus patriæ potestatis, & extra ordinem Judicis arbitrio punitur. Educator tamen non acquirit jus patriæ potestatis. f. 177. n. 516.

Vide etiam, *Parricidium.*

Pascendi pecoris Servitus.

Tomo 1.

Est Jus pascendi pecus in fundo alieno alicujus privati. Non licet hac servitute uti cum pecoribus morbo contagiolo affectis. Domino prædij servientis non licet servitute deteriorem facere, alioquin convenitur vel ex lege Aquila, vel Interdicto: Quod vi aut clam. Vel ad estimationem, si reduci non potest ad pristinum statum. f. 254. n. 195. & seqq.

Pluribus habentibus jus pascendi in eodem loco & tempore, non licet uni, altero invito, provocare ad divisionem, per se loquendo. n. 198.

Pasquillus.

De hoc vide, *Famosus libellus.*

Patria Potestas.

Tomo 1.

Patria Potestas est Jus, per quod descendentes immediati & mediati suprema ascendendum superstiti ex linea masculina subijciuntur, in ordine ad certos effectus Jure civili introductos. f. 334. n. 166.

X 2

Mortuæ

Moriente supremo ascendente, immediatus sit sui juris, in cuius potestatem reliqui recidunt. Illi etiam, qui ante filij emancipationem nati vel concepti nepotes sunt, manent in potestate avi, non item qui postea concepti sunt. f. eod. n. 167.

Patris Adoptivo non cuiusque, sed illi solum competit patria potestas, qui per arrogationem adopratur, vel aliquem ex descendentibus: quibus casibus adoptatus definit esse in potestate patris naturalis. fol. 334. num. 168. & seq. & vide etiam v. *Adoptio*.

Patria potestas tribuit Jus in bonis filij, de quo vide: *Peculium*.

Pater fame oppressus, vel in necessitate vitæ constitutus, potest filium vendere cum obligatione redimendi quamprimùm poterit, & emptor cogitur accepto pretio, dimittere. 335. n. 170.

Pater potest filium ab alio detentum vel fugitivum (nisi ob sevitiam fugisser) reducere Interdicto de liberis exhibendis.

Non potest filiusfam. cum patre in iudicio contendere, nisi lis sit de bonis castrensibus aut quasi, vel de Emancipatione, vel de alimentis, vel de dilapidatione bonorum, vel alienatione immobilium, vel nisi alieno nomine agat, vel lis sit de spiritualibus. f. 331. n. 170.

Si pater velit administrare (quod in dubio præsumitur) bona filijfam. non potest illi dari Curator bonorum vel ad litem. n. 171.

Sine licentia patris non potest filiusfam. cum alio contendere in causa civili, si patris interest. n. 172. Alij effectus patris potestatis exponuntur in proprijs locis.

Patria potestas solvitur per mortem naturalem alterutrius, nisi quod in certis casibus filius recidit in potestatem alterius. f. 336. nu. 177. Si pater emancipet filium, retinens in potestate nepotem, tunc mortuo avo non recidit in potestatem patris, ne quidem, si filium emancipatum iterum adoptaret. n. 178. Si verò pater exisset patriam potestatem non per emancipationem, sed per dignitatem, mortuo avo nepos non efficitur sui juris, sed recidit in potestatem patris. n. 179.

Per mortem civilem patris, (ut per Relegationem vel deportationem) suspenditur patria potestas in casum quo pater revocaretur. Item per hæresin, ubi hæretici non tolerantur. f. 336. n. 180.

Solvitur patria potestas per incestas nuptias & consummatas patris. f. eod. n. 182.

Per Professionem seu patris seu filij solvitur patria potestas. Per Vota Simplicita suspenditur in casum quo talis iterum dimitteretur ex Religione. f. 337. n. 183.

Solvitur etiam, si filius eligatur in Episcopum vel Cardinalem. Non item per Sacros Ordines. n. 184.

Si filius fiat Patricius, Præfectus prætorij, aut simile officium adipiscatur, ita solvitur, ut tamen filij prius procreati maneat in Avi potestate; cessaret tamen etiam usufructus in bonis filij. n. 185. In favorabilibus tamen adhuc filius gauderet patriâ potestate. eod.

Solvitur denique patria potestas per Emancipationem coram Iudice factam, consentientibus patre & filio. f. 337. n. 186. Quæ quidem est quandoque tacita, quam consuetudo induxit, per matrimonium filij. 187.

Ad emancipandum filium cogi potest pater. 1. Si filium inhumaniter traheret, ultra gravitatem delictorum. 2. Si filias ad peccata carnalia pertrahat. 3. Si quis adoptet suum privignum, & privignus pubes factus intelligat, adoptionem sibi non expedire, causâ cognita, idem de alijs minoribus adoptatis. f. 338. n. 188.

Emancipatio liberè facta, potest ob ingratitude dincem revocari. eod.

Emancipatus potest suo nomine ut paterfamilias contrahere. Si sit impubes, pater est illius tutor. n. 189. Potest item condere testamentum: & in acquisitis habet plenum dominium, nisi quod pater usufructum in medietate bonorum adventitiorum retinet in premium liberæ emancipationis, nisi consuetudo aliud habeat.

Patronatus.

Tomo 1.

Jus Patronatus transferitur in Monasterium successione capax per Professionem habentis tale Jus. fol. 304. nu. 28.

Tomo 4.

Jus Patronatus non hypothecatur hypothecato prædio. f. 291. n. 903.

Paupertatis Votum in Religione.

De ratione illius non esse abdicationem, & incapacitatem Dominij, vide, *Religio. Religiosus. Item. Societas JESU*.

Pauliana Actio.

Vide: *Revocatoria Actio*.

Peculatum.

Tomo 1.

Peculatus crimen committit etiam ille, qui monetam Principis, cuius custodiendæ curam habet, corrumpit, admixto deteriore metallo. Item qui ex propria moneta in suum emolumentum monetam cudit. f. 118. n. 262.

Tomo 6.

Peculatus est pecuniæ publicæ aut sacræ furtum, non ab eo factum cuius periculo fuit. f. 178. nu. 517. Nomine Pecuniæ venit quævis res. num. 518: Quæ tamen spectat ad Urbem Romanam, & Cæsarem. Si ad aliam civitatem, est simplex furtum. n. 519.

Peculatus

Peculatus non sacrilegi pœna est Deportatio. n. 521. Peculatus sacrilegi, quo res sacra de loco sacro auferitur, diversa est, pro qualitate rei ablata. f. 179. n. 522. ubi vide specificationem Ord. Carol. alia sacrilega furtiva, ut rei non sacræ de loco sacro, vel rei sacræ de loco non sacro, puniuntur ut furtum cum exasperatione. eod.

Peculium. Actio de Peculio.

Tomo 1.

Peculium est pusilla substantia (spectat primavè etymologiâ) vel pecunia separata à rebus & rationibus patris, data vel promissa filio vel servo. fol. 338. n. 191.

Peculium filiorum quadruplex. Castrense. Quasi Castrense. Adventitium. Profectitium. Ad Castrense pertinent acquisita ratione militiæ, vel in aula Principis. Ad quasi Castrense, acquisita ex officio publico, donata ab Augusto vel Augusta, Feuda, acquisita post assumptum Clericatum. eod. fol. 339. n. 192. Ad Adventitium, quicquid de cætero filius aliunde acquirit, non primario intuitu patris, nec ab ipso patre nisi antidotaliter. eod. n. 195. Si filius cum patris pecunia negotietur patris nomine, lucrum non adjiciet peculio adventitio, sed profectitio. n. 197. Quæ avus, etiam paternus, donat nepoti existenti in patria potestate patris, si dubium sit, an intuitu patris donata sint, adnumerabuntur peculio adventitio. eod.

Ad peculium profectitium spectant acquisita ex substantia patris, vel hujus intuitu. n. 340. ubi specificantur.

Peculij *Castrensis* vel *quasi* dominium, pleno jure est filij instar patrisfam. econtra Profectitij dominium est pleno jure patris. fol. 340. num. 199. exceptis illis quæ dat pater in patrimonium, ad sacros ordines, pro dote &c. nam et si hæc ad profectitium spectent, quia sunt conferenda, dominium tamen plene ad filium vel filiam spectat. n. 200. Habet tamen hanc utilitatem filius ex peculio profectitio ad patrem spectante, ut casu quo alia bona patris confiscarentur, non publicetur illud peculium. eod.

Peculij adventitij dominium quoad proprietatem ad filium spectat, usufructus regulariter ad patrem. fol. eod. n. 201. Excipitur tamen, si pater sponte remittat: si filio relictum sit una cum usufructu: si pater succedat filio cum hujus fratre: si pater non consentit in additionem hæreditatis. Denique si filium emancipet voluntariè, retinet solum medietatem usufructus. n. 202. & seq. ubi specialia Juris Bavarici habentur. n. 207.

Tomo 5.

Actio de Peculio est prætoria, personalis, quæ petitur à patre vel domino, ut pro filiofamilias vel servo nobis ex contractu obligato, quatenus in peculio est, solvatur. fol. 122. n. 192.

Contrahente filiofam. cum filiofamilias, actio acquiritur patri. num. 193.

Si pater ex errore plus solveret quàm est in peculio, competeret illi conditio indebiti. n. 194.

Pecuniæ non numeratæ Exceptio.

Tomo 3.

Exceptio hæc competit illi, qui Chirographum dedit, quo testatus est, se pecuniam mutuatam accepisse, nec tamen accepit. fol. 153. n. 295. Durat biennium, quo elapso præsumitur pecunia fuisse numerata. eod. Ita autem competit, ut qui chirographum dedit, non teneatur expectare exactionem debiti, quare intra biennium potest actionem seu querelam movere. Si intra biennium moriatur, quod reliquum est temporis, conceditur hæredibus. num. 296.

Intra hoc biennium compellitur petitor (Jure scripto) probare, se numeratæ pecunias, alio modo quàm per chirographum: & hoc est speciale in Mutuo. fol. eod. n. 297.

Competit etiam hæc Exceptio in casu non numeratæ dotis promissæ. fol. 174. n. 298.

Si creditor dedisset apocham factæ solutionis, Exceptio non numeratæ solutionis solum 30. diebus creditori competeret. eod.

In quibusdam Provincijs adrogatū est jus conijciendi onus probandi in creditorem exhibentem chirographum. fol. 174. n. 199.

Hæc Exceptio in scripto proponenda, & petendum id quod non accepit, & se accepisse scripsit. eod.

Elapso biennio adhuc admitteretur debitor ad probandum, pecuniam non fuisse numeratam, quia præsumptio non est Juris & de jure. fol. 174. n. 300. & seqq.

Exceptio locum haberet, etiam si quis in chirographo scripsisset, se anno præcedente pecuniam accepisse. fol. 175. n. 305. item, etiam si quis coram testibus falsus esset, se pecuniam accepisse. fol. 176. n. 306.

Quique casus habentur excepti, quibus non est locus huic exceptioni, & referuntur fol. eod. num. 307.

Qui chirographum negans vel numeratam pecuniam convincitur, in duplum condemnatur, nisi juramento delato confiteatur, tunc enim solum condemnatur in expensis. fol. eod. 308.

Qui juramento firmasset, se pecuniam accepisse, illi non competeret Exceptio non numeratæ pecuniæ, quia propriam perjurij turpitudinem allegaret. fol. 233. n. 256.

Perduellio.

De hujus pœna vide, *Majestatis læse crimen*.

Petragrinus.

Quando obligetur Legibus sui vel alieni territorij, vide, *Lex*.

X 3

Petragrinus.

Perjurium.

Multa de Perjurio, vide, *Juramentum.*

Tomo 6.

Perjurium etiam in foro civili punitur, pena communiter quidem arbitraria. fol. 180. n. 26.

Ex Ord. Criminali Carolina, qui suo perjurio alium ad penam capitale fecerit damnari, afficiendus est in Imperio illa eadem pena, quam perjurio alteri intentavit. Eadem afficiendus, qui dolo ad perjurium tale induxit. n. 27.

Qui in Judicio lucri causa peierat, cogitur restituere lucrum, ignominia notatur, & digiti duo quoad extrema membra amputantur. item qui Uspheadam juratam ruperit. eod.

Ob perjurium fit Clericus incapax beneficiorum, quorundam opinio. n. 29.

Permutatio.

Tomo 4.

Est Contractus Juris Gentium. Innominatus. Bonae fidei, & re perficitur, dum unus aliquid dat, ut aliud accipiat. fol. 332. n. 1059. Non distinguitur à Contractu *Do ut des.* n. 1060. Non potest celebrari, sicut venditio, traditione rei alienae. num. 1061.

Illi qui ex sua parte implevit, datur actio Praescriptis verbis, vel, si malit, conditio ex capite Penitentiae. fol. 333. n. 1062. Jus penitendi transmittitur ad haeredes. fol. eod. n. 1064.

Pignus.

Tomo 4.

Pignoris obligatio in aliquo casu facilius dissolvitur quam contractus emptionis, nempe, quia etiam absque retrotraditione potest nudo pacto dissolvi. fol. 60. n. 167.

Pignus retineri potest non solum pro pecunia pro qua acceptum, sed etiam pro alio debito quocunque. fol. 273. n. 851.

Pignus sumptum pro objecto contractus, & ut praesidens ab hypotheca & pignore specificè sumpto, est Res subjecta obligatorie pro debito, ut nisi impleatur, inde satisfiat. Contractus verò est, quo aliquid creditori in debiti solutionem obligatur, ut inde satisfiat, si aliter non fit satisfactum. fol. 280. n. 867.

Nomine pignoris in stricta acceptione non venit hypotheca, nec ad hanc extenderetur Statutum de Pignore. fol. 281. 868. Differt Pignus specificè ab hypotheca, quòd et si possit utrumque constitui tam in re mobili quam immobili, Pignus traditione perficitur, Hypotheca solà conventionale. n. 369. ubi casus.

Pignus praesens sumptum aliud est Conventionale, aliud Prætorium, aliud Judiciale. Prætorium, est, quod Judicis edicto ante sententiam defini-

P.

tivam in penam contumaciae constituitur per missionem in possessionem bonorum debitoris contumacis, quà non acquirit possessionem, sed solum detentionem. Judiciale est, quod constituitur Prætoris decreto per immissionem, quà creditor acquirit possessionem, qualem acquirit per conventionalem. fol. 283. n. 873.

Res aliena in scio domino, aut non tatum habente, oppignorari non potest: si tamen ratum habuerit, valet pignus, & retrotrahitur ad tempus oppignorationis factae, salvo jure tertij, cui ante illam ratihabitionem eadem res esset oppignorata ab ipso domino, quia praferretur posteriori. fol. 286. n. 883.

Quando non approbante domino & in scio creditore res aliena obligata fuit, competit creditori actio pignoratitia contraria adversus debitorem, ut rem aliam aequè bonam oppignoret. fol. eod. 884. Si debitor postmodum fiat dominus rei alienae oppignoratae, competit creditori eadem actio in rem illam. n. 885. Non habet creditor actionem adversus dominum, etiam si haeres debitoris existeret. Posset tamen creditor actione personali utli agere, ut haeres pignus approbet. fol. 286. n. 886.

Qui spem habet rei consequendae, potest illam oppignorare sub conditione, si eam acquisiverit. fol. 287. n. 887.

Potest creditor rem sibi oppignoratam alteri suo creditori oppignorare ratione juris realis, quod in tali re habet. fol. eod. n. 888.

Si consentiente primo creditore & pignoris domino, creditor pignus obligavit alteri pro pecunia sibi credenda, & à primo debitore debita, tunc etiam si dominus pignoris solvat debitum, adhuc perdurat pignus apud secundum creditorem. Potest tamen dominus agere adversus suum creditorem, cui jam solvit, actione praescriptis verbis, ut pignus luat, sibi que restituar. fol. 287. num. 889.

Nomina, ut litterae censuales, ipsùmque jus personale, potest oppignorari, & hypothecae subijci. fol. 288. n. 890.

Si creditor constituta tali hypothecà à debitore sui debitoris exegerit debitum pecuniarium, fit dominus pecuniae, & cum debito compensabit, ejusque debitor liberabitur: si fuerit corpus debitum, retinebit ut sibi oppignoratum. n. 891. In tali casu datur creditori utilis actio pignoratitia contraria adversus debitorem sui debitoris, sed non ultra quàm sibi debetur, & quantum alter debet. n. 892. ubi vide, exemplum.

Usufructus potest ab Usufructuario pignori & hypothecae subijci. fol. 288. n. 893. Si Usufructus hypothecatus consolidetur cum proprietate, exspirat hypotheca, nisi dominus proprietatis consensisset, ut etiam in ulterius tempus esset hypothecatus. n. 894.

Oppignorato

P.

Oppignorato praedio, servitutes quoque in consequentiam sunt oppignoratae. fol. 289. num. 895. Servitutes urbanae scorsim sumptae non possunt oppignorari. Lege id prohibente. eod. Servitutes ja constitutae nec Urbanae nec Rusticae, possunt separatim pignori dari, aut hypothecae subijci. num. 896. Potest tamen debitor creditori suo in pignus & hypothecam constituisse de novo servitutem in suo praedio Rustico & Urbano, dummodo inde nulla aedium deformitas inducatur. n. 897.

Res Sacrae non nisi in illis casibus, in quibus possunt vendi, possunt hypothecari. fol. 291. n. 904. Idem dicendum de rebus Publicis, hoc est ad communem usum destinatis. n. 905.

Liber homo in casu quo potest vendi, v.g. filius à patre, potest etiam oppignorari. fol. 292. num. 906. Captivus potest se in pignus dare suo redemptori, donec solvat litrum. eod. Extra hos casus qui liberum hominem pignoris nomine detinet, & servire cogit, gravibus paenis subijcitur. n. 907. Redemptus tenetur sub disjunctione vel pretium refundere, vel servire per quinquennium. eod.

Res litigiosae, seu mobiles seu immobiles, oppignorari non possunt. fol. eod. n. 908.

Res ad agriculturam spectantes, non quidem jure scripto, sed consuetudine, possunt oppignorari. fol. eod. n. 909.

Mandatarius *cum libera* potest oppignorare & hypothecare, ita exigente utilitate mandantis. fol. 293. n. 910. Procurator illius, qui solebat mutuas accipere pecunias sub pignore, etiam si non habeat *mandatum cum libera*, potest pignora dare mutuo. 911.

Si ignorante domino, sciente creditore, procurator sine *libera* pignus constituit pro mutuo vel alio, idque conversum est in utilitatem domini, & pignus est creditori traditum, potest creditor pignus retinere, donec sibi satisfiat, in quantum probaverit fuisse versum. eod. Si verò pignus non est traditum, convenit creditori solum actio pignoratitia personalis adversus pignoris dominum, ut solvat, quantum in ejus utilitatem versum est. 293. n. 912.

In utilitatem Minoris aut Pupilli potest tutor res mobiles illorum propria auctoritate subijcere pignori, non in suam aut alterius utilitatem. fol. eod. n. 913.

Pignora dati possunt pro quacunque obligatione. fol. 293. n. 914. ubi specificè enumerantur.

Locator domus v.g. ad annum, in pignore seu hypothecae subijci. fol. 293. n. 914. ubi specificè enumerantur. Locator domus v.g. ad annum, in pignore seu hypothecae subijci. fol. 293. n. 914. ubi specificè enumerantur. Locator domus v.g. ad annum, in pignore seu hypothecae subijci. fol. 293. n. 914. ubi specificè enumerantur. Locator domus v.g. ad annum, in pignore seu hypothecae subijci. fol. 293. n. 914. ubi specificè enumerantur.

Si priori creditori res esset obligata sub conditione de futuro, dein eadem res alteri obligaretur pure, si conditio est potestativa, potior est secunda, si casualis, potior est prior. fol. eod. n. 617.

Si debitum est praesens, hypotheca verò sub conditione, creditor potest cautionem exigere, si creditor suspectus esset de fuga, aut ad inopiam vergeret. fol. eod. n. 918.

Si debitor, invito creditore, utatur pignore, furtum committit, & actione furti conveniri potest secundum estimationem usus, non pignoris. fol. 296. n. 925.

Creditor tenetur non solum fructus perceptos, sed etiam quos ex culpa non percepit, restituere. fol. eod. n. 929. & seq. ubi exemplum.

Antichresis pactum prohibitum est jure Canonico. fol. 297. n. 928.

Commissorium pactum utroque jure prohibitum est, si pignus plus valeat, quam debitum sit, & nisi pactum esset, ut solum esset venditum justo pretio, cum obligatione solvendi excessum. fol. 297. n. 929. Si in pacto diceretur, ut esset in solutum, non subintelligeretur: *justo pretio* bene tamen, si diceretur: ut esset venditum. n. 930. Non valet pactum commissorium ex intervallo adjectum. fol. 298. n. 931. Nec potest juramento firmari, quamvis debitor possit se juramento obligare ad non repetendum pignus. n. 932.

Loquendo de pignore conventionali, creditor in illius custodia tenetur de culpa lata & levi, non de levissima. fol. 298. n. 933.

Si ex usu rei oppignoratae res ipsa periret, non peritura eodem modo apud debitorem, periret creditori, si revera debitor invitus fuisset, esto creditor bonae fidei usus fuisset. fol. 299. n. 636. Item spectaret periculum & casus fortuitus ad creditorem, si casui fortuito causam praebuisset, v.g. rixas inceperet &c. n. 938. Item si propria auctoritate, absque facultate debitoris, pignus occupasset, & deinde casu fortuito perisset. n. 939. ubi exemplum. Idem dicendum si in mora restituendi fuisset. eod.

Creditor in pignore praetorio vel judiciali tenetur solum ex dolo & culpa lata. fol. 300. n. 940.

Debito integre soluto, vel oblato, consignato & deposito una cum usuris, (si pro his quoque oppignoratum fuit) nisi aliud debitum intervenerit, datur debitori actio pignoratitia personalis directae, adversus debitorem & haeredes, ut pignus una cum fructibus restituat, damnnum datum relinquit, nisi in debito fuerit compensatum: quod si interierit, ad excessum valoris ultra debitum. f. 300. n. 941.

Si uni ex cohæredibus sua pars soluta esset, posset adhuc reliqui pignus retinere, & denique, non soluto debito, vendere, sed solutum esset restituendum. fol. eod. n. 943.

Creditori competit actio contraria personalis ad consequendum, quod sibi pignoris nomine probabiliter abest. fol. 301. n. 944. Præterea competit creditori locatori actio realis Prætoriana Serviana. n. 945. Item quisvis creditori ratione pignoris convenit Quasi Serviana, quæ definitur: Vindicatio qua creditor persequitur res pignori sibi expresse vel tacite obligatas. eod. In his actionibus realibus hypothecariis duo sunt actores probanda. Primum, quod res quam persequitur, fuerit sibi a debitore oppignorata, seu in hypothecam constituta. Secundum, quod tempore contractus fuerit in bonis debitoris. n. 946.

Præquam Serviana vel quasi instituat contra extraneum possessorem, actione personali conveniendus est, & executiendus reus principalis seu debitor, ejusque hæredes & fidejussores. Si ipse debitor possideat, hoc non est necesse. n. 947.

Actione hypothecaria conveniuntur hæredes singuli in solidum, & in hoc differt à Personali pignoratitia. 948.

Pignoris Dissolutio.

Dissolvitur impræmissis solutione, vel solenni depositione debiti. Quandoque potest solvi creditoris. fol. 302. n. 949.

Si necdum pignore aut hypothecâ per solutionem liberata, debitor pignus aut hypothecam consentiente creditore alienet, censetur remissa obligatio pignoris, & sine onere alienari, nisi consentisset: *salvo suo jure.* eod.

Si duobus eadem res oppignorata est, & illi simul emanat a debitore, censetur jus pignoris sibi remississe. fol. eod. n. 950.

Creditor restituendo pignus, & non ex alio certo fine, censetur obligationem pignoris remississe, non ipsum debitum, nisi & chirographum redderet. fol. eod. n. 951.

Sola alienationis scientia, imò præsentia & taciturnitas, non est sufficiens signum tacite remissionis, nec fundat Juris præsumptionem, nisi Fideus venderet, in cuius favorem censeretur creditor pignus remississe, sicut etiam, si venditionis tabulis subscriberet. fol. 303. n. 952.

Consensus creditoris in pignoris distractionem, non tollit se solo pignoris obligationem, sed pendet à securitate distractione, quæ si non sequatur, vel si venditio ex alio capite sit nulla, manet obligatio pignoris. fol. eod. n. 955.

Creditor per consensum in alienationem pignoris, adeo sibi præjudicat, ut etiam si debitoris omnia bona tam præsentia quam futura habeat obligata, in re tamen sic alienata non recuperet pignus, etiam si ad eundem debitorem ex alia causa redierit, secus si ex eadem causa. fol. 303. num. 956.

P.

Obligatio pignoris extinguitur etiam Novatione, quæ vel aliud debitum subrogatur, vel alius debitor in eodem debito substituitur, non factâ mentione pignoris. fol. 304. n. 957.

Obligatio pignoris expirat interitu totali rei, sive physico sive morali. fol. eod. n. 958. Si domus oppignorata comburatur, area manet obligata, & quidquid inædificatur. eod.

De rigore juris non liberatur pignus, si invito creditore aliud æquè bonum substituat. fol. eod. num. 959.

Non potest obligatio pignoris solo consensu dissolvi, sicut hypotheca. fol. eod. n. 960.

Quando inter Creditorem, & Debitorem pactum intercessit, ut creditori liceat vendere pignus vel hypothecam post definitum tempus, intra quod debitum non fuerit solutum, valet pactum. fol. 305. n. 961. Si nullus dies solutioni præfixus est, tunc ut debitor incipiat esse in mora, debet à creditore interpellari elapso tempore, post quod ratio dicitur esse solvendum exigente creditore. eod.

Si nullum pactum de vendendo pignore intercessit, Jure Codicis requiritur una denuntiatio, quæ factâ adhuc biennium est expectandum, computandum à denuntiatione factâ, si debitum est liquidum, alioquin à puncto latæ sententiæ. fol. eod. n. 962.

Si inter Creditorem & Debitorem convenisset, ut creditori non liceat pignus vendere, non aliter hoc pactum valet, quàm ut vendi non possit, nisi post trinum denuntiationem factam constituto in mora. f. 306. n. 963. Jure Bavarico constituuntur diversi termini pro diversitate pignorum & locorum, in quibus sita sunt. 964.

Si pignus approprietur creditori, & postea evincatur, convenit utilis actio ex emplo. fol. 306. num. 965.

Præquam per executionem sententiæ definitive capiantur pignora judicialia, indulgentur condemnato & fidejussoribus quatuor menses ad solvendum debitum. fol. eod. n. 966. Elapso quatuor mensium spatio, capiuntur pignora judicialia intra duos menses vendenda: si tamen ante venditionem perfectam debitor adhuc solvat, non absolvitur venditio, sed eo solvente expensas, pignora redduntur. fol. 307. n. 967.

Casu quo debitor pignus pluribus successivè obligatum tradidisset in solutum, vel vendidisset antiquiori creditori, vel habenti jus prælationis, tunc si posterior offerat priori, quod illi detur, tenetur prior posteriori reddere pignus, vel solvere quod illi debetur. fol. 307. n. 968. Si creditor gaudens jure prælationis vendat pignus posteriori, potest debitor utriusque solvendo pignus recuperare, secus si extraneo. eod.

Si eadem

Si eadem creditori aliqua res specialiter obligata sint, & aliæ generaliter, tunc specialiter obligata prius vendenda sunt, & illis non sufficientibus cetera. f. eod. n. 969.

Venditio pignoris non jure facta, est nulla. fol. eod. n. 970.

Si pignus legitime venditum à creditore quæ tali postea evincatur, creditor non tenetur de evictione, sed solum tenetur cedere suam actionem adversus debitorem emptori. f. 307. n. 971.

Plagium.

Tomo 1.

Plagij crimine non solum tenentur, qui dolose homines interceptunt ac supprimunt, sed etiam qui scientes dolo malo liberum hominem invitum emunt, vendunt, celant, vincunt tenent. f. 118. n. 262.

Tomo 6.

Plagium est furtum hominis, & committitur, quando servus furripitur domino, vel filius familias patri. f. 181. n. 530.

Plagiarius punitur penâ gladij, si vendat servum vel liberum supprellum, ut aliò asportetur. Item si vendat liberos parentum, qui orbantur illis. n. 531. Minore quàm ultimi supplicij penâ punitur, qui dolo liberum hominem furripit, & vitum in servitutem redigit, donat, vendit. Item qui talem scienter emit, & plures ejusmodi, quos relatos, videt n. 532.

Plantatio.

Tomo 1.

Est modus acquirendi jure gentium. Nam si quis alienam plantam in suo solo posuerit, ipse erit, si radices egit, & contra si suam in alterius, fiet alterius. In cuius domo est ipsum corpus arboris, penes illum est dominium, etiam si radices alioque vel ramos in fundum vicini porrexerit. f. 425. n. 143. Quodsi tamen ex propagatione radicium aut ramorum vicinus damnum pateretur, haberet actionem negatoriam: & secundum plures DD. si denuntiasset domino arboris, ut radices aut ramos tolleret, & hic id facere negligeret, quod tunc propriâ auctoritate non tantum ramos & radices, sed etiam totam arborem succidere, & ligna succisa tollere impune posset. eod.

Plumbatura.

Tomo 1.

Fit, quando duo corpora per dissimilem materiam, v.g. plumbo, stanno, aut clavis conjunguntur. Domino materiæ datur Actio ad exhibendum, & exhibitâ vindicatur. f. 420. n. 111.

Plus petitionis pena.

Tomo 5.

Actor plus petens tempore quàm sibi debetur, jure novo amittit sumptus litis, & insuper inducias debitori duplicare jubetur. f. 135. n. 270.

Plus petens in quantitate, loco, causa, omne damnum quod reus ex petitione senserit, in triplum resarcire obligatur. f. eod. n. 271. Qui dolo obtulisset epocham majoris debiti, toto debito fraudatur. f. 136. n. 272. ubi vide limitationem.

P.

Penam legibus constitutam mitigare non potest Judex inferior. f. 318. n. 585.

Concessum tamen Judici est, suo arbitrio mitigare vel augere penam ex causa residente in ipsis circumstantijs ex parte Rei vel delicti. f. 319. n. 517. Exprimere tamen in sententia debet causam. n. 518.

Qui necdum decimum quartum annum expleverunt, sive mares sive femellæ, regulariter non sunt puniendi penâ mortis, sed minori. fol. 320. n. 520.

Minorens regulariter non excusantur à penâ ordinaria ratione ætatis. n. 521.

Neque Senectus præcisè excusat à penâ ordinaria. n. 522. Si penâ ordinaria est corporis afflictiva, & esset conjuncta cum mortis periculo ob senium, non est infligenda. n. 523. Idem dicitur de infirmo, cui tamen intuitu infirmitatis non remittitur penâ mortis. f. 321. n. 524.

An Amencia, Ebrietas, Nobilitas, Ira, Transactio, excusent ab ordinaria penâ, vide in proprijs vocabulis.

Penam Ordinariâ non potest à Judice inferiori remitti intuitu spontaneæ confessionis. fol. 327. n. 550. Neque ob nuptias à puella oblatas. nu. 552. Neque ob peritiam alicujus artis, quantumvis Reipublicæ utilis. eod.

Si singula delicta ex pluribus ab eodem commissis penam mortis merentur, prætermittâ leviore incompensabili, infligenda quæ graviore delicto respondet. f. 328. n. 556. Secus si est compensabilis, & contineat exasperationem. eod. Ex consuetudine penâ majoris delicti absorbet penam minoris delicti corporis afflictivam, esto possent cumulari. n. 557.

Ex consuetudine non solent penæ corporis afflictivæ cumulari ob cumulata delicta, nisi aliqua esset accessoria. f. 329. n. 558. Ex eadem in Imperio omnis penâ corporalis habet annexam Relegationem. eod.

Penâ corporalis solet absorbere penam civilem. n. 559.

Ob cumulata delicta leviora diversa, solet una penâ cum exasperatione infligi. n. 560.

Penæ Executio post condemnationem non est regulariter differenda. f. 331. n. 565. ubi vide Exceptiones.

Pollicitatio.

De hac vide, *Paſſum. Promissio.*

Y

Positiones

Positio (quales sunt post Juramentum Calumniam) definitur: Simplex Assertio facti ad causam pertinentis medio Juramento in scriptis exhibitam, ad hoc, ut per responsionem Adversarii ad Judicis interrogacionem, pars releveret ab onere probandi. f. 171. n. 481.

Positiones debent esse Affirmativæ, saltem virtualiter, quatenus in affirmativas resolvable. nu. 483. nisi tales essent, quæ aliter probari non possunt, quam responsione adversarii. eod.

Juramentum, sub quo sunt positiones, ex parte ponentis dicitur: *Dandorum*, ex parte Adversarii: *Respondendorum*. f. 173. n. 491.

In Camera non separantur Positiones ab Articulis, sed facta litis contestatione, & prælitio Juramento calumnia, loco positionum & articulo- rum offertur libellus articulatus, & adversarius ad respondendum urgetur. n. 493.

Procurator absque speciali mandato non potest facere positiones in præjudicium Principalis. Advocati solent facere ex licentia Judicis. n. 494.

Si Adversarius contumaciter non vult respondere, habetur positio pro confessata, ut ponens non teneatur amplius probare. Licet tamen est alteri probare contrarium. f. 273. n. 495.

In dubio, an Positiones sint Pertinentes, adhuc respondere debet adversarius, sed cum protestatione: *Salvo jure impertinentium & non admittendorum*: ad hunc effectum, ut positio impertinens pro non admissa habeatur. f. 274. n. 497.

Ulus habet, ut Responsiones fiant per verbum: *Credo. Non Credo*. Si diceretur: *Non credo ut ponitur*: responsio tanquam tergiversatoria rejicienda esset. n. 499.

Quando positio est secundum quid vera, & secundum quid falsa, potest simpliciter responderi, *Non credo*. Non solum in qualitate, sed etiam in quantitate. f. 275. n. 502.

Responsionibus faciendis datur terminus deliberatorius, & ideo possunt fieri domi, & deinde in scripturam redactæ offeruntur Judici. n. 505.

Positio. Possessor.

Possessionis Juridicæ sumptæ septem sunt emolumenta positivæ. 1. Præscriptio. 2. Melior in dubio conditio. 3. Præsumptio dominij. 4. Præsumptio tituli. 5. Suppletio defectuum vitiositatis. 6. Lucrum rei per dejectionem violentam. 7. Actio Publiciana. f. 255. n. 201.

Possessio ut sic juridicæ sumpta, est genus ad possessionem justam, (hoc est Juris) & possessionem injustam, quæ est mera Facti. f. 256. n. 202. Possessio sic abstracta, & quæ dicitur *Facti* in genere, est: Rei corporalis desentio, corporis, animi, jurisque adminiculo. 203. & seqq.

Possessio Civilissima comparatur Juris fictione, sine actuali corporis aut animi detentione. f. 257. n. 207.

Creditor non possidet pignus suo, sed debitoris nomine, quamvis dici possit possidere in suo bono. f. eod. n. 209. & etiã, possidere civiliter quoad quosdã certos effectus, & quoad illos effectus possidet dici pignus esse creditoris, sicut econtra dicitur, quod si debitoris foret pignus, foret rem alienam. f. eod. n. 209.

Possessio Juris est possessio (jam definita) cum jure insistendi. Possessio mera Facti, est Possessio sine jure insistendi. eod. in fine.

Possessio dividitur in Naturalem tantum, Civilem tantum, Naturalem & Civilem in eodem supposito conjunctam. f. 258. n. 210. ubi exempla.

Servus, & filiusfamilias possunt domino & patri acquirere possessionem etiã ignorantem, etiamsi vellent suo nomine possidere. nõ itã possunt alij, v.g. nõ tutor pupillo, nisi velit ejus nomine possidere. f. e. n. 211.

Potest eadẽ res ab uno possideri naturaliter, & ab alio civiliter. f. eod. n. 211. & seq. Potest etiã idem eandẽ rem possidere ex duplici titulo. f. 259. n. 214.

Potest alius suo nomine possidere possessionem in me transferre, meo nomine volendo possidere, absque ræo facto seu apprehensione. f. 259. n. 216. vide, *Constitutio clausula*. Ut tamen pars hereditatis accrescens possideatur, debet de novo apprehendi. f. 260. n. 217.

Ille, quem Judex volens mittere in possessionem ob contumaciam rei impeditur, evadit post annum elapsum Possessor sine ullo suo actu apprehensionis. f. eod. n. 220.

Jurium non in herentium rei corporali possessio, acquiritur scientiã & patientiã illius cujus est actus concedere, vel resistere, si actus exerceratur animo acquirendi jus, & credas te uti jure tuo, nisi ex circumstantijs appareat, talem actum ex gratia concedi. Unde colligitur, quod rerum incorporalium possessio non possit esse injusta, sicut rerum corporalium. f. 260. n. 221. Aliorum vero jurium, quæ corpori in herent, ut sunt Servitutes, possessio, acquiri potest præcisè mittendo in fundum ut acquiratur Servitus, etiamsi nullus actus servitutis exerceratur: item per exercitium tanquam jure debitum, cum scientiã & patientiã illius, cujus est actum permittere vel prohibere. f. 261. n. 222.

Servitutum possessio acquiritur uno actu, exceptã possessione itineris actusq; privati: ad has enim requiritur, ut intra annum proximum non impeditur usus sit ad minimum 30. diebus. deinde ut possessor iverit bonã fide & opinione competentis servitutis. f. 261. n. 223. De bona fide judicabit Judex ex indicijs, quæ allegabit reus, & petente actore deferretur Juramentum. n. 224. Si anno proximo non potuit uti itinere, v.g. propter inundacionem, si tamẽ anno precedente ad tale impedimentum fuit usus 30. diebus, censetur esse in possessione, & juvabitur Interdicto legis. 1. ff. de itinere, actusq; privato. eod. Neq; præjudicaretur possessioni, si quis postea precario petisset usum itineris, aut clã ivisset. eod.

Ut possessio in herede, siue suo, siue Extraneo continetur, requiritur nova apprehensio, quã

factã,

factã, fictione Juris continuatur. f. 262. num. 224. quæf. 3.

Infanti, quamdiu non habet usum rationis sufficientem ad peccandum, non acquiritur possessio sine tutoris auctoritate, bene tamẽ si pupillus usum rationis habet. f. 263. n. 234.

Non solum per Procuratorem habentẽ generale mandatum, etiam sine libera, sed etiam per servum & filiumfam. acquiritur possessio etiam ignorantem. Ut tamen acquisita possessio sit utilis ad præscribendum, debet accedere scientiã, exceptã possessione acquisitã ex causa peculiarij. f. 263. n. 237.

Possessio sic acquisita continuatur, etiamsi is, per quem acquisita fuit, deserat possessionem. f. 264. n. 239.

Possessio tam naturalis quam civilis, solo animo non possidendi exterius manifestato amittitur. f. 264. n. 240. Quodsi quis in favorem alterius vult definire possidere, sed alter possessionem non accipit, tunc non amittit possessionem, si acceptatio fuit conditio talis intentionis. f. 265. n. 240.

Si Principalis per scriptum possidens discedat a fundo remotius, ut eum non amplius habeat in conspectu, possessionem naturalem amittit, retentã tamen civilis: si verò possidet per colonum, servum, Procuratorem &c. ne quidem naturalem possessionem amittit, colono discedente corporaliter tantum. Quodsi absente colono alius fundum ingrederetur animo possidendi, acquireret naturalem possessionem. f. 265. n. 241.

Inundatione quãdam stabili amittitur possessio tam naturalis quam civilis. f. eod. n. 242.

Contra violentum possessorem retinetur possessio civilis tamdiu, quamdiu ignoratur violentia, vel recuperandi propriã auctoritate spes & animus non deposuerit Prior Possessor. f. eod. n. 243.

Colonus fictione Juris retinet possessionem naturalem etiam absens, ad hoc, ut possit juvari interdicto: *Vnde vi*. Si enim naturalem non retineret, donec alius vi ingrederetur, non posset dici spoliatus, quia civilem non habuit: ergo fingitur habuisse naturalem, & eã spoliatus esse. f. 265. n. 244.

Rerum mobilium possessio etiam civilis, amittitur per alterius possessionem naturalem, etiamsi ignoretur quis occupaverit: si nemo occupavit, tunc (exceptis servis fugitivis) amittitur primum, postquam deficit spes rependiã & recipiendi, siue res sit animata, siue inanimata. f. 266. n. 245.

Possessio Servitutum amittitur amissã possessione fundi dominantis, & interruptitur prohibitione. f. eod. n. 246.

Possessio Jurium amittitur illis modis, quibus ipsum Jus, ut per non usum, per absentiam &c. f. eod. n. 247.

Possessor bonæ fidei potest a vindicante exigere rescusionem titulo negotij gesti. f. 267. n. 248. teneatur tamen restituere, in quantum ex re locupletior factus est, etiamsi fur sit potens restituere: modò respiciã ad eum pervenit, & post se fructum reliquit. Non enim teneatur, si fur ex suis bonis

Christ. Faun. Reperit.

aliquid donasset intuitu facti furi. f. 268. nu. 249. & seq. Teneatur etiam restituere lucrum quod in venditione rei aliena ultra infimum pretium fecit usque ad pretium medium, non tamen summum. 251.

Tam bonã quam malã fidei possessor & emptor rei aliena, potest repetere pretium a Venditore, v.g. fure, & permittere furem recipere rem furtivam venditam, nihil positivè cooperando. f. 268. n. 253. ubi vide exempla. Probabilis est opinio, non posse rem furi positivã actione restitui pro recipiendo pretio, si periclitetur apud furem, ne redeat ad dominum. f. 269. n. 255. Probabilior tamen est affirmativa, si fur restitutionem exigat, nec possit aliã viã pretium solvitur obtineri permittendo rei apprehensionem, etiamsi prævideatur periculum domini. f. 270. n. 260.

Fructus merè industriales etiam malã fidei possessor pleno jure suos facit, ut ne quidẽ exstantes, & quantum inde locupletior factus est, restituere cogatur. f. 271. n. 264.

Fructus necdum a possessore percepti, siue naturales, siue mixti, ad dominum rei fructifera pertinent, & unã cum re ipsa vindicantur. n. 265.

Possessor bonæ fidei teneatur fructus adhuc in se formaliter exstantes, tam mixtos quam purè naturales, restituere domino vindicanti rem fructiferam, non obstante, quod possessor ante evictionem eorum dominum acquisiverit, quia erat dominium revocabile. f. 272. n. 268. & seqq.

Si uxor fundum à marito invalidè donatum possideret, faceret fructus industriales suos irrevocabiliter, non tamen naturales. num. 271.

Fructus, quorum possessor dominus factus est, non petuntur rei vindicatione, sed condictione sine causa, vel ex Lege, vel imploreato Judicis officio. f. 272. n. 274.

Possessor hereditatis aliena, teneatur etiam fructus consumptos restituere, in quantum locupletior factus est. f. 273. n. 280. Cateri possessores bonæ fidei bonorum singularium, probabilius ne quidem hos de jure communi restituere teneatur ante litem contestationem perceptos. f. 281. iudubitanter de Jure Bavarico. n. 275.

Malã fidei possessor fructus consumptos ante litem contestationem restituere teneatur in conscientia, etiamsi non sit factus locupletior, nec dominus forè fuisset percepturus. f. 274. n. 284. Petit illos dominus utili rei vindicatione, si possessor dolo consumpsit: secus, condictione furtivã. 285. Fructus non perceptos, sed singulari diligentia perceptibiles, etiamsi dominus illam diligentiam non fuisset adhibiturus, teneatur ex legum penam dispositione post Judicis sententiam restituere. In conscientia verò solum illos, quos dominus fuisset percepturus. 287. & seqq.

Re evidã teneatur tam bonã quam malã fidei possessor restituere fructus tam perceptos quam percipiendos post litem contestationem, exceptis ultris, item exceptis (quoad bonã fidei possessorem)

forem) fructibus perceptis ex melioramentis. fol. 275. n. 190. & seqq.

Expensas necessarias tam bonæ quam malæ fidei possessor deducit. f. 276. nu. 294. item expensas utiles quæ separari non possunt, una cum sua utilitate bonæ fidei possessor deducit, si dominus ita dives sit, ut solvere possit absque rei suæ venditione, secus, manebit dominus possessori obligatus, postea, cum primùm ex fructibus poterit, solvere. Imò in tribus casibus potest possessor rem retinere, vel dominum cogere ad vendendum, si expensas aliter solvere non possit. nempe 1. Si Dominus rem evictam venalem habeat. 2. Si ejusmodi expensas ipse facturus fuisset. 3. Si Possessor bonæ fidei adhuc incertus an res esset aliena, antequam edificaret, denunciaverit ei, qui se dominum dicebat, iste verò dissimulaverit. f. 276. n. 295.

Mala fidei Possessor in foro externo non permittitur deducere expensas utiles aut voluptuarias, possit tamen ante sententiam in conscientia deducere. f. 276. n. 296. & seqq.

Bonæ fidei Possessor potest deducere expensas voluptuarias saltem tunc, quando dominus ipse facturus fuisset, aut propterea sit venditurus majori pretio. f. 277. n. 301. & seqq.

In deductionem expensarum computandum est, quidquid fructuum nomine possessor percepit, etiam ante litem contestationem. f. eod. n. 303.

Possessor bonæ fidei si incipiat dubitare de dominio rei, factâ diligentia inquisitione sine effectu, non tenetur restituere durante dubio. f. 277. n. 304. & seqq. Imò nec tenetur, etiam si in inquirendo commiserit negligentiam irreparabilem. 306. Potest etiam cum tali dubio rem vendere, dummodo moneat emptorem de periculo evictionis, & ob tale periculum vilius vendat. 307.

Siquis dubia fide possidet, sed auctor, à quo rem habet, erat bonæ fidei, gaudet bonâ fide auctoris, f. 278. nu. 308. Si verò auctor etiam fuit dubiæ fidei, & dubium est circa determinatam personam, debet pro ratione dubij restituere illi personæ: si circa incertam personam, debet eo modo restituere, quo debent alia bona incerta restitui. nu. 309. de quibus vide, *Inventio*.

Possessionis Remedia videnda sunt sub V. *Inventio*, & *Spolians*.

Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit. f. 433. n. 182. vide plura: *Præscribens bona fides*.

Possessio Bonorum, vide, *Bonorum Possessio*.

Tomo 5.

Possessorium Judicium aliud est Ordinarium, aliud Summarium, quod & Momentaneum vocatur, & ab eo non admittitur appellatio. f. 564. n. 392.

Posthumus.

Tomo 2.

Posthumus non solum esse ille, qui post mortem testatoris natus est, sed etiam ille, qui post factum testamentum vivo testatore, vel per adoptionem fit filius, f. 98. n. 435.

Posthumus alius dicitur *Suus*, alius *Alienus*, alius *Quasi Posthumus*. Suus est, qui in proximo gradu & in potestate defuncti fuisset. Alienus, qui non fuisset, ut natus ex filio emancipato, vel nepos ex fratre. eod. Quasi Posthumus, qui natus ante factum testamentum fit *suus* post testamentum. f. eod. n. 436.

Posthumus quomodo rumpat testamentum, vide, *Testamentum ruptum*.

Posthumus quomodo instituendus hæres, vide, *Institutio posthumi*.

Præceptum.

Tomo 1.

Præceptum seu Mandatum differt à Lege, quòd feratur ad personas singulares. f. 2. n. 2.

Præceptum aliud est Negativum, aliud Affirmativum. Negativum, quod eo modo quo obligat, pro omni tempore obligat, & potest illi satisfieri sine omni actu, solâ omissione, quia est prohibitivum, & peccatum oppositum est Commissionis. Affirmativum certum actum præcipit, & peccatum est Omissionis. f. 91. n. 128.

Prælati.

Tomo 1.

Prælati in Religione non potest delictum Subditi ad se tanquam Patrem declarari, per se loquendo, alijs manifestare, nisi cum cautelis & limitationibus quæ ad longum referuntur. f. 174. n. 550.

Præscriptio.

Tomo 1.

Est Adjectio seu Acquisitio Domini per Continuationem possessionis, tempore & modo Legibus definito. f. 428. n. 157.

Præscriptio suam vim habet non solum in foro externo, sed etiam interno. f. 429. n. 164.

Præscriptionis introducendæ finis non erat unice, Punire negligentiam dominorum, sed præscindere lites, & reddere Dominia Certa; unde procedit etiam contra dominum inculpabiliter ignorantem. f. eod. n. 165.

Præscriptione acquiritur dominium non solum utile, sed etiam directum. f. 429. n. 168.

Qui post absolutam præscriptionem ex Juris ignorantia restituit rem præscriptam; non amittit dominium, sed potest rem vindicare, imò habet etiam ex *æquo & bono* conditionem indebiti. f. 431. n. 175.

Ad præ-

Præscriptioni longissimi temporis ubi sufficit titulus præsumptus, non obstat ignorantia Juris, etiam postea innotesceret. fol. 437. n. 203.

Juris dubij ignorantia, seu error circa illud, non impedit præscriptionem quæ titulum requirit. fol. 438. n. 206.

Mala fides auctoris theologica, obest successoribus saltem immediato universali; de jure communi, adeo ut nec incipiendo à propria possessione possit præscriptionem complere, prout tamen potest Jure Bavarico. fol. 438. n. 208. Probabiliter tamen non nocet mediato successoribus. n. 209. & seqq. Neque etiam, si in immediato succedere superveniat novus titulus. fol. 439. n. 213.

Mala fides auctoris obest etiam præscriptioni longissimi temporis. fol. 439. n. 214.

Mala fides auctoris nocet quoad res immobiles etiam successoribus proximo singulari, si rem alienavit auctor ignorante domino, loquendo de præscriptione ordinaria, non item longissimi temporis. fol. eod. n. 215.

Bona fides auctoris prædest successoribus tam universali quam singulari, ita ut possit computare tempus possessionis auctoris. fol. 440. n. 218.

Quæ dicta sunt de mala fide auctoris ut nociva successoribus, procedunt etiam in communitate respectu posterorum, aut successorum. fol. 440. nu. 219.

Administratores mala fides, non nocent illi, cujus bono administrantur. fol. eod. n. 220.

Præscriptionis Tituli.

Titulus in materia Præscriptionis, est Causa ex suo genere habilis ad transferendum Dominium. fol. 441. n. 221.

Titulus hujusmodi est triplex. Coloratus, v.g. venditio facta à non domino: Existimatus: nempe opinio probabilis, quòd titulus, v.g. venditio, vel donatio intervenerit: Præsumptus, ob temporis diuturnitatem. fol. eod. n. 222.

Ad præscriptionem tempore ordinario, allegandus titulus determinatus, & nullus præsumitur. fol. eod. n. 223. Non requiritur tamen (excepto emptionis titulo) coloratus, sed sufficit existimatus. fol. 442. n. 224.

Servitutes, saltem reales continuæ, hoc est, habentes actum continuum, ut aqueductus, fuggrundij, præscribuntur tempore ordinario sine titulo, loco cujus est scientia & patientia domini. fol. 442. n. 225. In discontinuis Jure Bavarico titulus allegandus est, quod etiam dicendum videtur de Jure communi. 226. Ususfructus nunquam sine titulo præscribitur tempore ordinario. 228.

Ex titulo præsumpto absolvitur præscriptio 30. vel 40. annis, quæ dicitur possessio longissimi temporis.

Y 3

poris,

Ad præscribendum quatuor condiciones requiruntur. Bona fides. Justus Titulus. Res non vitiosa. Continuatio possessionis certo requisito tempore. f. 432. n. 178. De quibus singulis nunc seorsim.

Præscribens bona fides, & ignorantia rei alienæ.

Bona fides requisita ad præscribendum, est Conscientia bona circa Possessionem rei alienæ tanquam suæ ex ignorantia. Nec ad inchoandam præscriptionem sufficeret dubium negativum. fol. 432. n. 179. Neque etiam sufficeret error circa personam, si sciam esse alienam, ut præscribam contra verum dominum quem ignoro, vel puto non esse illum. n. 180.

Non obstat tamen bonæ fidei respectu unius juris præscribendi, si sciam jus alterius in eadem re, quominus præscribam jus bonâ fide possessum. fol. 433. n. 181. ubi exemplum.

Jure Civili requiruntur solum initio bonam fidem, derogatum est per Jus Canonicum, quo toto possessionis tempore bona fides requiritur, saltem ut excludatur mala fides, seu scientia rei alienæ. fol. eod. n. 182. ubi declarat Regula: *Possessor malæ fidei nullo tempore non præscribit*.

Datur Præscriptio minus propria, quæ quidem requirit, ut nihil fiat contra conscientiam, sed stat cum scientia juris alieni. Sic præscribitur actio conveniens ex lege pœnali: merces sisco commissæ ob non solum vestigal: libertas adversus Servitutes rusticæ: actio redhibitoria: & probabiliter libertas adversus usumfructum jam constitutum. fol. 433. n. 183. & seqq.

Ignorantia fundans falsam opinionem, rem esse nostram, alia est ignorantia Juris, alia Facti. Illa est, quando ignoro quid Jure statutum sit circa actum, quem volo celebrare, ut valeat. & hæc iterum duplex, alia est ignorantia juris indubitati, alia juris dubij. Ignorantia Facti est, quando nescio id quod in facto consistit, v.g. quòd hic sit pupillus. fol. 434. n. 187.

Leges Civiles admittentes præscriptionem cum mala fide, abrogatæ sunt pro toto Imperio, etiam quoad præscriptionem actionum personalium. fol. 435. n. 191. & seqq.

In certis quibusdam personis sufficit ad præscribendum tempore ordinario, bona fides ex ignorantia juris manifesti & indubitati, nempe in quibus jura tolerant hanc ignorantiam, ut sunt milites, minores, quandoque rustici, mulieres. fol. 436. n. 197. In alijs ignorantia Juris non juvat præscriptionem, quando non sufficit titulus præsumptus, sed allegari debet titulus coloratus. nu. 198.